



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

### **Io. Francisci Leonis Eporediensis I. V. D. Episcopi Thelesini Thesaurus Fori Ecclesiastici**

**Leoni, Giovanni Francesco**

**Coloniae Agrippinae, 1682**

119 Excommunicationis poenam incurrunt onerantes colonos  
ecclesiasticorum bonorum pro laborerio, seu trafico eorundem bonorum,  
quia indirectè gravant ecclesiasticos.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-10316**

constituti; ita etiam eidem juri conforme est, ut iudicibus secularibus non sint subjecti. In bonis autem, quia, cum tributa, & vectigalia Regibus, & alijs Principibus ad suam ipsorum, & reipublicæ sustentationem exsolvantur, ¶ & clerici non minores operas, & labores rei ecclesiasticæ impendant; æquum, & juri naturali, ac divino consonum fuit, ut à solutione tributorum exempti essent, ut legitur *Genes. cap. 47. & cap. tributum, 23. quest. 8.*

Ideo Constantinus, & Constanti Imperatores, ecclesiasticas personas privilegio immunitatis gaudere voluerunt; scientes magis religionibus, quàm officiis, & labore corporis, vel subbre imperialem rempublicam contineri, *cap. in qualibet, 23. quest. 8. Sayr. eodem capit. 22. numer. 5. cum allegatis supra in cap. 14. numer. 9. par. 1.*

118. Hæc enim exemptione, & immunitate ad eò plenè personæ ecclesiasticæ, & eorum, ac ecclesiarum bona fructus, & redditus, & proventus gaudere debent; ut, qui per se, vel alios directè, vel indirectè, ab eisdem onera imposita exigere præsumunt, eandem excommunicationis poenam incurrant, *ut in Bull. Cæn. Domini, dicto numer. 18. vers. nec non qui per se.*

119. ¶ Indirectè enim exigitur, colonos, seu massarios occasione culturæ bonorum ecclesiasticorum, hospitatione militum, vel aliorum gravaminum onerando, aut ab ipsis exigendo: quia quæ à colonis pro labore, seu trafico bonorum ecclesiasticorum in totum, vel pro octava, aut alia parte exiguntur, in præjudicium ecclesiasticarum personarum percipiun-

tur, quia ratione oneris res minoris estimationis efficitur, *gloss. final. in l. generalis, § final. ff. de usufruct. leg. & Olalch. decis. 83. num. 9.* Unde ecclesiastici non ita de facili inveniunt rusticos, qui sua prædia colere velint, ut animadvertit Peder, de Sen. *conf. 111. num. 10. in fin.* quidquid contrarium teneat ibi in principio, ut validioribus rationibus, & auctoritatibus infra demonstrabitur: quia, si coloni ad onerum solutionem, seu militum hospitationem, qua non parvum onus infertur, gravarentur; laici per indirectum exigent collectas ex bonis ecclesiasticis, quæ sunt hoc casu etiam ex persona colonorum exempta, *ut l. 1. & 2. C. de Episc. & cler. cap. Ecclesiarum, & ibi gloss. in verb. clericorum, 12. quest. 2. cum alijs supra in cap. 14. nu. 6. 32. 33. & 35. par. 1. allegatis* Exigentes autem, excommunicationis sententiam in Bullam Cænæ Domini contentam incurunt, *ut in eadem Bull. eodem nu. 18. vers. nec non, dict. c. 14. num. 35.*

120. Exemptio si enim competens bonis ecclesiasticis est realis; & ideo comprehendit quoscunque colonos, ut declarat *gloss. in clem. 1. in ver. excolendas, circa finem* quam sequuntur Jac. & Imol. ubi etiam Abb. *num. 10* Qui illam dicit esse notandam ad similia, de decim. idem Abb. *in c. ex parte, numer. 4. eodem tit. & in conf. 8. numer. 3. Rot. decis. 4. numer. 1. de privileg. in antiqu. & in una Caurien. coram Cantuccio, decis. 23. num. 6. par. 2.* Grat. *conf. 130.* cui subscripserunt Alciat. Salutiol., Bero, August. & Ianet. *nu. 4.* ubi pluribus fundamentis hæc conclusio comprobatur, & latè *Surd. conf. 301. numer. 62. 63. & 78. volum. 3.* & inquit Bald. quòd, si coloni isti gravarentur, de facto gravarentur, &